

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Narratio comica de amicitia Damonis ac Pythiae

Omichius, Franciscus

Noribergae, 1617

Actus IV. Scena 1

[urn:nbn:de:bsz:31-138648](#)

Actus IV. Scena I.

MELIBOEUS & AEON rustici.
HOSPES.

A Desto nobis, Hospes, & frontem ex.,
porrigito. Vidéris enim solito mihi
trifior.

HOSPES. Mihi saepe non ita licet esse,
ut volo. At vobis convivis licitum est cum
hilaritate hunc diem transigere, ita ta-
men, ne turbas graviores domi meæ ex-
citetis.

MELIB. Bona verba quæso, Pacati e-
nim & quieti erimus. Neq; meæ est con-
suetudinis, rixas excitando aliis creare
molestiam.

HOSP. Tolla te, qui non novit. Nam
ego quidem ingenium tuum, ad lites se-
rendas proclive, dudum perspxi.

MELIB. Sanè si quis me despiciatui
ducatur, aut deridendum aliis propinet:
eum animo æquo ferre, aut blandiori
vultu aspicere nequeo. Quin potius con-
tinuo in crines ejus involo, aut pugnos in
os ingero.

HOSP. Quid est, quod tam crebro

F 4 in

ne quicquam fia-
t, melius argi am-
phelio. Salvis fi-
cie jucundissime
publico nondum
dile valuerit? Aut
un? Ne quado
enim vel vitam
nparatus.
nq, quod ita in
n & trecle valeo,
di hodie obci-
dam negotiun
ti tractandum
Regem refe-
mi cognate
legem venies
rimum.
erabas, me
irum. Nos

in cantharum inspicias? An non sapit tibi vinum? Anné dilutum, anné austерum est? Visnè aliud lenius? Nam delicatulo tibi calix mulsi, si expertis, apponetur.

M E L I B. Quin tu omittis ludibria, atq; hoc oculos reflectis, sitnē ista potus mensura justa? Vide enim quantum desit huic sextario, quo minus ad summum usq; vino sit repletus?

H o s p. At te Jupiter & Bacchus perdant, qui meam in vino infundendo rationem injustam esse arguis! Quod si facere perrexeris: Hercle continuo pugnus in mala tibi habebit: Aut adeo superbus fies, ut hinc non abeas, sed auferraris.

M E L I B. Profectio vel cæco appareat, quam hic cantharus dimidiâ sui parte sit inanis.

H o s p. Ergone hostior radenda mensura, atq; aquandæ tibi videntur? Nunquam enim (quæ temulentia tua est) vino satiari potes. Viciissim, ubi in foro venum aliquid exponis: tanti id aestimas, ut vix ulla pecunia avaritiae tuæ explendæ sufficiat. Ne dicam, quam fallacibus & injustis men-

Annon sapiti,
annē austērum
Nam delicatulo
apponetur.
ib⁹ ludibri⁹, atq;
sapotus men-
tum defit hu-
mum usq;

Bacchus per-
infundendon-
s! Quod si-
continuō p-
Audeo su-
peas, sed auf-
ero appareat,
ia sui parte si

adendae men-
tentur? Nur-
ia tua est) vin-
in foro venor-
estimas, ut re-
explendæ suffi-
cibus& injuriis

mensuris vos rustici adversus cives uta-
mini?

M E L I B. At ego vellem, in te ipsum de-
scenderes, & cogitares, quām insipidum,
quām aquosum vinum sāpē numerō ap-
poneres hospitibus? De eo enim nuper
questi sunt vicini mei, quōd exhausto vi-
no tuo admodum insalubri, nescio quid
morbi contraxerint.

H O S P. Mentiris nebulo: mentiris in-
quam, Furcifer: mihiq; insignitè facis in-
juriam.

M E L I B. Parciūs ista viris tamen obji-
cienda memento. Neq; enim ego is sum,
qui sibi impunē insultari patiatur. Sāpi-
ūs enim in jurgio & pugna virum me præ-
stisti. Nec quenquam fugio. Sed si tibi
mecum conserere manus placet: Effici-
am, posthac ne quenquam voce lacefass.

Æ G O N. Quānam te Melibæ agitant
intemperiæ? Adeōne animum non ha-
bes in potestate, ut quoties adbibisti plus
paulò, importunē convitieris, & à verbis
progrediāris ad verbera, ad vulnera, ad
cædes? Oblitusne es, quām sāpē ob ean-
dem causam pecunia, quām sāpē carcere

*Aus. Mor
ansversun
comme quan
entceris :
dusac pudor
llir. Ani
candum pro
sue defitu
Econ. Ah p
igriam. Ni
lum: de vita
Dosp. Non i
us est, ut dimi
mitigatus pr
a, modo ipl
a.
MELIB. V
si mandibul
caffixit !*

SIS mulctatus ? Nec dum tamen cohibes
impotentem istam atq; effrenem con-
tendendi ac concertandi libidinem. Li-
citum tibi per me quidem est, ob indeci-
nentem rixandi cupiditatem, non solùm
in fortunarum, sed etiam in vitæ pericu-
lum incidere.

MELIB. Ista quidem non exciderunt
animo meo, quæ tu benevolè suggestis, ve-
runtamen non sum tām lenti ac mitis in-
genii, ut tenebrionis hujus injurias possim
concoquere.

Quamobrem heus tu, si lubet, *auxero-*
uxor tibi offero, in quā uterq; vires no-
stras pericitabimur.

HOSPES. Quin age, si placitum est: in
me mora non erit ulla. Nam ejusmodi
certamien tecum certabo, licet fore sci-
am, ut indè collum mihi doleat. Ecce,
humi ego certaturus procumbo: tu neq;
mihi parcas, neq; ego tibi pepercero. Di-
spendium erit unius mantilis, modò cer-
vices sint salvæ. Age, alter alterum mantili
in collum injecto trahamus usq;, dum
ambo defessi simus.

ÆGON.

*namen cohibus
efficiem con-
ibidinem. Li-
est, ob indefi-
m, non solum
vitz pericu-*

*n excederunt
e luggeris, ve-
t ac mitis in-
jurias possim
ubet, avx gra-
q; vires no-*

*tum elt: in
n ejusmodi
et fore sci-
leat. Ecce,
bo: tuneq;
percero. Di-
, modò cer-
rum manili
usq; dum*

ÆGON. Mordicus apprehende bacu-
lum transversum, o Melibae, ac dentes
comprime quam licet arctissimè. Secus
enim si feceris: non victoria & gloria, sed
dedecus ac pudor te manebit.

MELIB. Animus quidem alacris, & ad
pugnandum promptus est: Sed corporis
vires me destituunt.

ÆGON. Ah parce hospes, parce in me,
am gratiam. Nisi enim Melibæum feceris
misum: de vita ipsius actum erit.

HOSP. Non ita quidem ille de me me-
ritus est, ut dimitti debeat. Veruntamen
quis mitigatus precibus, à certamine desi-
stam, modò ipse in posterum quiescere
velit.

MELIB. Væ cervici meæ, væ cervici!
væ ipsi mandibulae, quam tractio ista tan-
toperè afflixit!

HOSP. Atqui ego tantum per nebu-
lam ostendi tibi, quid sit irritare crabro-
nes. Clariora deinceps documenta dabo,
si quis me volet laceſſere. Faxo enim gra-
viori eum maſtatum, atq; tu es, infortu-
nio.

Sultis

ÆGON

Sultis agite, spectatores: Aspicite
miseros rusticos, in pudorem a me datos,
vultusq; dejecto adstantes.

AEGON. Ita quidem hac aetate inter
homines comparatum esse scio, ut miseri
serè etiam irrideri soleant: sed dabitur a-
liquando tempus, quo hanc injuriam &
contumeliam tibi reponamus.

HOSR. Eho, an tu etiam minaris ma-
lum? Quomodo si animatus es: vix ho-
diè effugies, quin necesse tibi quoq; sit,
eodem certaminis genere tecum con-
gredi.

AEGON. Id quidem Dii prohibeant. Mihi
enim collum non estram validum, actibi.
Vereor itaq;, ne caput meum ipsis hume-
ris avellas. Nam exemplum vicini Meli-
bæi me terret. Age sis Melibæe, domum
repetamus, dum licet. Nos enim soli;
hospes familiâ numerosâ est stipatus. Et
quamvis herum ego ad terram proster-
nerem: famuli tamen atq; ancillæ irruen-
tes, plagiis me malè mulctarent usq; ad ne-
cem. Quocirca satius esse duco, domum
quasi in portum aliquem nos recipere.

MELIB. Benè mones: sequar, quo-
cunq; jeris,

Actus